



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Enchiridion Sev Manvale Episcoporum Pro Decretis in  
Visitatione, & Synodo, de quacumque re condendis.**

**Gavanti, Bartolommeo**

**Venetiis, 1650**

Baldachinum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9534**

Scripturæ concernentes executionem dispensationum matrimonialium, & aliarum litterarum Apostolicarum.

Remissiones denunciationum, diuortia, & alia scripturæ matrimoniales.

Explorationes voluntatum Nouitarum, licentiae profitendi, & alia huius generis scripturæ ad Moniales spectantes.

Interpositiones auctoritatis, & decreti in renunciatione nouitorum, & alienationibus aliarum personarum fori.

Episcopalis, & instrumenta dotis monialium.

Licentiae accedendi ad monialium Monasteria, aut in ea ingrediendi.

Scripturæ consecrationis Ecclesiastarum, altarium, cœmeteriorum, campanarum, &c.

Item professionis Fidei.

Item visitationis liminum.

Scripturæ ordinationum, & collationis chrismati.

Monitoria ad fines reuelationis.

Approbationes confessariorum, & curatorum.

Dimissoriæ & commendatitiae.

Licentiae pro Parochis, canonicis, & alijs clericis abscedendi à Diœcesi cum litteris testimonialibus.

Erectionis seminariorum.

Locationis in emphyteusim bonorum Episcopatus, feudalium eiusdem mensæ, & aliorum beneficiorum.

Hæc ex litteris ad Episcopum Comensem. 18. Dec. 1626.

Adde inventaria bonorum Ecclesiasticorum immobilium, & mobilium totius Diœcesis.

### *Astrologia.*

1 Prohibetur iudicaria, præterquam circa agriculturam, nauigationem, artem medicam. Sixtus V. A. 1585 Ordinarij arbitrio seuerius puniatur Astrologi iudicarij *ibid.*

2 Libri de eadem prohibentur retineri. *ibidem.*

3 Innouavit prædictam constitutionem Urbanus VIII. die 1. April. 1630.\*

4 Addidit contra eos, qui de statu Republicæ Christianæ, vel Sedis Apostolice, seu de vita, & morte Papæ, ciu-

que consanguineorum usque ad 3. gradum inclusuè, consulunt Astrologos iudicarios, &c. seu eorum iudicia etiam sibi oblata recipiunt, vel vtuntur, vel scienter retinent, vel alicui ostendunt. *ibidem.*

5 Item contra eosdem Astrologos, quia iudicia faciunt aut à se vel ab alijs facta scienter retinent, vel dant alicui seu ostendunt, aut de ijs quoquis modo tractant. *ibid.*

6 Pœnas infligit excommunicationi latæ sententiæ (non referuatae) vltimi supplicij, & Confiscationis bonorum Ecclesiasticis vero, excommunicationis prædictæ priuationis beneficiorum, officiorum, inhabilitatis prædictæ, priuationis, & vltimi supplicii *ibid.* Episcopis, autem, & maioribus Prælatis eisdem circa vltimum supplicium. *ibid.*

7 Et O. dinarii locorum etiam respectu vicinorum locorum exemptorum, item Inquisitores sunt Iudices in prædictis, extra Provincias Sedi Apostolicae subiectus. *ibid.*

### *Auditore Rotæ Romane.*

V Ide Exempti. num. 7. 8. Functiones Episcopales num. 25.

### *Baldachinum.*

1 Potest Episcopus in Ecclesiis Regulatium Pontificalia exercens erigere Baldachinum. Congreg. Ep. 10. Junij 1603. apud Quar. Prior. Regularium.

2 Sine auro ter in anno ad summum Pontificaliter celebrantibus Abbatibus Cassinensis concessit Sac. Congr. Rit. 29. Januar. 1628. \*

3 Idem Monachis Oliuetanis, eadem 17. Martij 1629.

4 Idem pro Monasteriis tantum S. Trinitatis, & Sancti Pancratii ciuitatis Florentiar. eadem 31. May 1629.

5 Idem pro Monasteriis Cœlestinorum. ead. 30. Junij 1629.

6 Marchiones locorum prohibentur ut Baldachino in Ecclesia. Congreg. Ep. 14. Ianuar. 1618.